

DISSERTATIO IX.

DE
SCANDALO.

Scandalum caritati oppositum amplam præbet disputandi materiam, gravibusque involuntum difficultatibus. Que maioris momenti sunt, in examen venient. Laxius quam par erat Calistullus non pauci hoc de argumento scripserunt. Idcirco sub disputationis initium nonnullas illorum propositiones a scandalo, ut ego quidem arbitror, minime vacuas indicabo.

CAPUT I.

Revenantur propositiones proscriptæ, & laxæ.

I. Sententia damnata ab Innocentio XI. ordine 51. *Famulus qui submissis huiusmodi sceleribus aduicæ herum suam ascendere per sensuras ad stuprandam virginem, & mulieres eidem subservit deserendo scalam, apertendo ianam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male trahatur, ne torvis oculis aspicatur, ne domo expellatur.* Hanc docere plures Probabilistæ, de quibus suo loco.

II. Coninchus nullum credit ob metum licite pingere idolum, vestem sacerdotalem facere ad petitionem infidelis... Ad credo, gravissimum metu exculari posse, si a te non expulsi sunt in contemptum religionis, neque scandalum adit te ista contemnere. Nam fabricatio idoli, & concubina pictura intrinsece mala non est, sed sepe honestari potest. *Caltrapalauus tract. vi. disp. vi. p. 102. n. 7. pag. 434.*

III. De sculptura, aut pictura, idoli est dubium: & quidem ea est licita, quando nec queritur, nec timetur idololatria; cum autem timetur, dico peccatum contra religionem qui eam præbet abique urgentissimo damno. Probatur tum ex lege caritatis, tum quia omnis virtus obligat ut videntur omnes occasiones eam violandi.

Si autem non possum ego non præbere idolum abique gravi damno proportionato, non pecco in eo dando. *Hurtado de Mendoza in 2. d. lvi. sect. vi. §. 181. apud Dianam coord. Tom. VII. tract. v. res. 64.*

IV. P. Antoninus Diana Tom. VII. coord. 9. n. 6. a scandalis peccato liberat mulieres superfluum, maximumque adhibentes ornatum. Sed ego (inquit) puto non pe-

care, etiam si esset superfluum, & maximus ornatus, dummodo sit secundum morem patriæ. *“Mos ergo patriæ prævalet Evangelio talem superfluitatem prohibenti?”*

V. P. Lessius tunc locum scandalis reas mulieres efficit, cum veste adeo pellicida utuntur, ut pudenda appareant. *“Tertio ratio ne scandali, ut si quis uteretur veste adeo tenui, vel ita conformata, ut per eam pudenda non satis tegetentur. Lib. IV. de inst. cap. iv. d. 14. num. 112.”*

VI. Muliebres fucus, vultuum, atque caput exquirit ornatus mediam habere naturam tum ab honestate, tum a malitia secreta scribit *loc. cit. num. 3.* Denique pingere faciem, eique varios colores inducere non est per se malum, sed indifferens. Ad divina Scripture mandata adversus eiusmodi ornamenta, & lenocinia, respondet: *“Scripturæ illæ vel continent exhortationem, nem, cum nullum verbum preceptivum habeant... vel certe perperam adificationem Ethnicorum expellat illo tempore præcipi.”* *loc. cit. n. 114.*

VII. Caramuel in sua Theologia Præterintentionali Tom. II. præcep. vi. quæst. viii. cas. 2. sequentes scribit conclusiones. *“Primum. Possum famuli tua conscientia in retriçis, aut pellicis mensis ministrare cibo, non solum communes, sed & calidos, & provocatos ad venerem conditione, & lectum privatum sternere.”* *“n. 2994. Laudat pro sua opinione Azorium, & Dianam, & addit: “Confulto non solum cibos communes dixi, quia scio esse omnino maiorem difficultatem, si essent tales qui excitarent venerem: tunc enim iuxta aliquos Theologos debent famuli a tali tertio desistere, ne in venerem illicitam cooperarentur indirecte. At prædicationes credimus, etiam tales cibos posse sine culpa condiri.”* Licetrum ego venerem in-

citare? Cibos eam accendentes coquere? Et prædicatori haberi Caramuel vult hæc docendo? Sed audi rationem quam affert. *Tales cibi possunt sine culpa comedi, etiam a prævidente pollutionem futuram; modo conscientiam non præbere paratus sit: ergo poterunt cibi condiri, & ministrari.* Hæc sufficit indicasse, ut odio habeantur.

Secunda. Possum lectum domino, & amalie sternere citra culpam venialem, confesso Azorio, & Diana allegatis.

Tertia. Non esset peccatum mortale domino, & pellicis, alias rem habituris, aut lectum procurare hospicio, aut parare meliorem solito, aut floribus fulcire.

Quarta. Non est peccatum conducere pellicem in domum sui domini, tamen si eam peccatum prævideas.

VIII. P. Thomas Tamburinus Lib. V. in Decal. cap. 1. §. 4. n. 20. *“An si amicus meus velit ut ego seram municipalia, & similia, turpis scilicet amoris incitamenta, que ipse mittit ad suam concubinam, possum sine fine peccato deferre? Responso fuit absolute negativa: quia ex una parte hæc actio, licet alias in inferens, est coniuncta cum peccato amici, eique concubina; & ex alia parte non adest causa excusans ducta ex famulatu (hoc enim famulus loquitur) vel alio detrimento, ut supponimus. Nec enim, si adest quidam modestus rubor, videtur esse regulariter tantum momenti, ut satis excuset. Fatesco tamen, si tibi magis esset eiusmodi amicitia, ac vere timeres eam amittere, excusari te posse: quia tum notabilis detrimenti iustus motus accidit.”*

Idem n. 30. Qui ex officio lecticae huiusmodi portant, vel rhedas agunt, possunt licite pretio conducti puellam ad lascivium adolescentem adducere? Resp. Aio non posse. Id nec excusat ratio famularis: hi enim famuli, seu subditi non sunt: nec amicos liciti, quia hoc est satis exiguum.

Hæc tamen novum apud Navarrum, ex quo aliquod benignius colligi probabiliter potest. Ex his, inquit ille, videtur colligi ratio defendendi multos a peccato, scilicet mortifero; modo, ut in casu proposito, non placeat eis peccatum, & faciant obsequia prædicta ob aliquem bonum finem, puta eo quod exhibeat ea vi officii sui, vel ob iustam mercedem. Licet enim hæc cum peccato; non tamen sunt secundum se, & inapte natura peccata: & ideo se-

ungi possunt a peccato per finem diversum, & iustitiam. Hæc ille. Nota illud, officii, vel ob iustam mercedem.

IX. P. Antoninus Diana Tom. VII. coord. tract. v. res. 48. *“An ex aliqua iusta causa licitum sit commodare cubiculum illiciti peccati ad fornicandum; vel locare domum meretrici, etiam si ob loci circumstantiam aliquis peccatum admittret; vel si meretrix domum illam conduens plurimum feminis honestis vicinis noceret.”* De hoc casu olim interrogatus fuit: nam quidam vir nobilissimus in stant ab amico domum eius ad meretricandam peribat. Ar, si hoc illi denegasset, in gravissimum damnum inciderebatur. Consultum, an peccaret hoc faciendo. Et respondit negative: quia abque detrimento proprio proportionato hoc denegare minime poterat: & accommodare cubiculum ex obiecto non est intrinsece malum, sed indifferens; & ex sola pravitate intentionis intentione ad malum ordinatur. Ergo &c. Et ita hæc sententiam docet in terminis novissime Marullus.

“Hinc a fortiori inferatur contra Navarrum cap. xvii. licitum esse, ex iusta tamen causa, locare domum meretrici; etiam si ob loci circumstantiam aliquis peccatum admittret, quod minime præpararet, tum ad meretricem, quod minime peccatum, eo loco sibi non concessio, ut ratione fuisset, vel si meretrix domum illam conduens, plurimum feminis honestis vicinis noceret.”

Idem Diana res. 50. An sit licitum donare iudicis concubine, ut intercedat apud illum, quia ipsa pergeret ad colloquendum iudicem, & est mortale ratione scandali, cum exponat se vehementissimo periculo peccandi? Negative respondet novissime Sanchez. *“Sed ego non minus probabiliter affirmativam sententiam esse existimo, si negotium gravis sit, videalique iudicem non tibi esse propitium, speres autem intercessionem concubina gratum fore: neque alia via appareat, quod possis illum ad servandum tuum ius inflectere, quia non potest aliquid, quod ipsa licite prætare non possit. Nam licet ipsa intercessionem iudicis, vel concubina foveant amorem turpem, hoc tu non intendis, neque ullis momenti est causa. Hæc omnia docet Caltrapalauus Tom. I. tract. vi. disp. vi. p. 102. n. 2.”*

Idem res. 42. Adduxi Franciscum Merollam in disp. Theol. Moral. Tom. I. disp. 11. ubi sic ait. Ex his colligitur, quid dicendum sit de auribus deferentibus meretrici-

centi ab uno loco ad alium, quando sciunt illam illic perire ad peccandum. Hi enim regulariter exultantur a peccato: quia ad est causa non amittendi iurum quod ex eo milititer comparant. Ita ille, & ego. X. P. Patritius Sporeris tract. v. in v. praecip. Decal. cap. 1. sect. 111. n. 92. Peccant sine dubio mortaliter regulariter loquendo pictores pingentes valde turpia, & oblocutiona: & multo magis hiltrosionis eiusmodi valde de turpia representantes. Dico autem regulariter loquendo: nam in casu raro, si tanta esset pictoris, vel hiltrosionis necessitas, ut eo lucro indigeret ad victum, vel situm, vel eiusmodi quid necessarium, semel aut iterum licere, donec alia victura occurrat; permittunt aliqui DD. cum Tamburino; dummodo abicit periculum mortale impure delectationis venereae. Hae opinio est plurimum laxa, ut suo loco dicitur. Secundum enim istos Theologos regulariter loquendo scandalum valde turpe, & oblocutionum non est licitum. Ceterum, si victus, aut veltus, vel quid eiusmodi urgeat, tum scandalum valde turpe honestum erit, donec alia victus ratio occurrat.

CAPUT II.

Quid, & quomplex sit scandalum.

I. Scandalum, seu offendiculum, definit D. Thomas 2. 2. quæst. xliii. art. 1. quod sit dictum, vel factum minus rectum probans occasionem ruinae spiritualis. Quam definitionem amplectuntur universi Theologi. Appellatur dictum, vel factum ut indicatur actio externa. Sub nomine dicti, vel facti, omisso quoque venit dicti, factive, quæ sit spiritualis ruina occasio. Additur minus rectum, ut intelligamus, non modo malum, verum speciem etiam, & apparentiam mali rationem scandali subire posse. Probans occasionem ruinae non requiritur ruina ipsa; sed sit esse occasionem præberi ruinae, sive sequatur, sive non. II. Dividitur in activum, & passivum. Activum est quod definitivum, quoque tripliciter committi potest. Primum directe, & formaliter, dum quis expresse ruinae spirituali proximi desiderat, aut quod demonum scandalum appellatur: quia nunquam, aut raro ab hominibus, tamen si projectæ conscientie, perpetratur. Secundo directe, sed non formaliter, dum quis proximum expresse inducit ad violandum v. e. castitatem, non quod intendat malitiam; sed quia inde aliquod

temporale iurum sperat. Tertio indirecte, quando videlicet praevidetur ex tali actione proximum occasionem accepturum peccandi; quod tamen tu non intendis: sed quia potes, & debes scandalum illud impedire, actionem tuam suspendendo, idem peccato scandali delinquis. Hic triplex modus scandalivoluntatem spectat. Efficit nunc inquirendum, utrum etiam nomine dicti, factive intelligatur non solum id quod malum est, aut speciem mali præferat; sed etiam actio indirecte ex solo eventu mala. Verum hoc infra diseutietur.

III. Scandalum passivum est ipsa ruina illius qui scandalum patitur, accepta occasione ex dicto, vel facto alterius. Hoc scandalum passivum interdum cum activo coniungitur, quando nimirum alter dat, alter accipit ruinae occasionem. Quandoque scandalum activum est sine passivo, dum quis peccato suo alterum ad peccandum allicit; sed hic, occasione peccandi contempta, constans in virtute perseverat. Demum scandalum passivum est sine activo, solumque passivum nuncupatur, dum tu nullam peccandi occasionem præbes; alter vero eam sumit vel ex ignorantia, & infirmitate, vel ex passione, & malitia. Si scandalum passivum ex ignorantia, vel fragilitate oritur, pusillorum vocatur; si ex passionibus, & malitia, Phariseorum. Scandalum passivum non constituit speciem peccati distinctam ab illo peccato quod committitur; atque adeo per omnia criminum genera divagatur. Scandalum passivum pusillorum alio nomine vocatur datum, Phariseorum vero acceptum.

IV. Ad scandalum in dicto situm revocantur cantilena, impudica colloquia, verborum lenocinios, metaphoris, & allegoris valde significativis texta, quæ nullo modo a scandali pravitate sunt vacua, licet fiant recreationis prætextu. Verba contumeliosa, irritanda, seu quocumque modo irritantia. Item libri obsceni, vulgo Romanæ, qui hodie dum otiosorum muliercularum, necdum juvenum manibus teruntur. Sententiae denique laxæ subtilibus interpretamentis, vanisque distinctionibus oblecta, & fœcæ. Ad scandalum quod factum committitur, omnes illæ actiones pertinent quæ vel suapte natura, vel agentis expresse, aut interpretativa intentione, proximo ruinae spiritualis occasionem exhibent; ut sunt nudi mulierum oratus, illecebrosæ eorumdem nuditates, & alia innumera facta, de quibus in sequentibus sermo erit.

CAPUT III.

De scandalo activo speciali.

I. Non levis controversia est inter Theologos, quandonam periretur scandalum activum speciale, distinctum ab alio peccato. Plures contendunt, necessariam esse in peccante expresse intentionem ruinae spiritualis alterius. Nolant te scandalum committere peculiare, tametsi tuo pravo exemplo fornicationis, aut furti proximum ad fornicandum, vel furandum reipsa inducas; dummodo non intendas expresse hanc ruinae spiritualis occasionem præbere. Quam opinionem defendunt Azorius Tom. 1. Lib. III. cap. vii. quæst. 1. Bannez in 2. 2. quæst. xliii. art. 4. dub. 1. Ioannes a S. Thoma 1. 2. quæst. xviii. disp. x. art. 1. diff. 4. Galtropalus tract. vi. punct. 3. num. 3. Thomas Sanchez Lib. 1. in Decal. cap. vi. num. 3. & alii.

II. Altera sententia negat hanc expresse in peccante intentionem requiri; sed lat esse ponere actionem, aut dictam proferre quod probabiliter exitimas futurum esse ruinae spiritualis occasionem, tametsi hanc directe, & expresse non intendas. Hanc defendunt Navarrus in Manual. cap. vi. num. xiv. Valentia 2. 2. disp. 111. quæst. xviii. punct. 2. Suarez de carit. disp. x. sect. 11. Petrus Soto lect. ix. Lorca disp. lxi. quæst. xlii. Coninchus disp. xxxiii. num. 45. Salmaticensis tract. xxi. cap. viii. punct. 7. Tapia Lib. III. quæst. xvi. art. 3. Prado cap. xv. quæst. x. num. 26. & alii plures. Hæc est vera sententia, quam conceptis verbis docet D. Thomas 2. 2. quæst. xliii. art. 1. ad 4. Quando aliquis suo malo factio, vel verbo, intendit alium ad peccandum inducere, vel etiam si hoc non intendat, & ipsum factum est tale quod de sui ratione habet quod sit inducendum ad peccatum; puta cum aliquis publicè facit peccatum, vel quod habet similitudinem peccati: & tunc ille proprie dat occasionem ruinae, unde vocatur scandalum activum. Rationes pervie sunt. Scandalum dicto, vel opere exteriori perpetratur. Supervacanea ergo est interior animi intentio. Qui igitur exterius causam deliberatè ponit quam consequi ruinae spirituales proximi prævidet, aut prævidere teneret; eo ipso indirecte, & reipsa vult effectum probabiliter causam a se positam consequentem. Quid itaque refert quod eiusmodi ruina sit primario & expresse, vel secundario & indirecte intentata? Tunc quippe specialis malitia com-

mittitur contra aliquam virtutem, cum id ponitur quod illam virtutem destruit. Sed cum peccatum exterius perpetratur, & quo proficisci damnum spirituale alterius prævidet; reipsa bellum indicit caritati, & correctioni fraternæ, cuius est bonum spirituale exempli commovere. Quæ omnia pluribus exemplis confirmari possunt. Qui cognoscitur tuum proximum, tamen non intendat ad eam tu coniugatum accedere, adulterium committit: quia circumstantia coniugii voluta est in ipso effectu. Qui res facit furatur, sacrilegio se inficit, licet sacrilegium expresse non intendat.

III. Longius has rationes producerem, aliquid adicerem, & adversariorum argumenta diluerem; nisi totum distidum in verbis dumtaxat sumi esset. Omnes siquidem utriusque sententiæ Theologi conveniunt, duplex tum peccatum committi; puta, si tuo furto alium ad furandum inducas, quamquam id animo directe non intendas, & duplci furti, tui nimirum, & alieni, reus evadis. Et hanc circumstantiam necessario in confessione pandendam, docent omnes priores sententiæ Auditores. Totum ergo discrimen utriusque opinionis in hoc vertitur, quod priores sententiæ patroni hoc peccatum, tuo pravo exemplo patratum, scandalum vocant generale; atque adeo non specie, sed solo numero distinctum. Tuo furto alium ad furandum, tua fornicatione ad fornicandum inducisti; duplci furto, duplci fornicatione te polluiti; & ut peccatis iustus fias, utrumque crimen consistere debes. Posterioris sententiæ Theologi hoc peccatum ex tuo scandalo prohiens, scandalum vocant speciale, a furto tuo, vel fornicatione specie distinctum. Addunt etiam, incitamentum ad furandum, vel fornicandum suo pravo exemplo, ultra peccatum speciale scandali, duo furti, & duas fornicationes numero distinctas perpetrare, alteram propriam, & alteram alienam. Verum, ut dixi, discrimen ad metaphysicam disputationem reducit; cum omnes tateantur circumstantiam scandali peccatum grave esse in confessione aperendum. Quod autem sit generale, vel speciale scandalum istud, ad praxim quod attinet, valde parum negotii faciliere debet.

IV. Obiicitur & D. Thomas 2. 2. quæst. xliii. art. 3. expresse allicit, scandalum non esse speciale peccatum, nisi cum animo deliberato quis aliorum ruinae intendit. Scandalum activum, inquit, potest sumi duplci: per se scilicet, & per accidens. Per accidens quidem, quando est præter intentionem agentis; ut puta, cum aliquis factio suo, vel verbo

inordinato non intendit alteri dare occasionem vitæ, sed solum sua satisfacere voluntati. Et sic scandalum activum non est speciale peccatum: quia quod est per accidens, non constituit speciem. Per se autem est activum scandalum, quando aliquis suo inordinato dicto, vel facto intendit alium trahere ad peccandum. Et sic ex intentione specialis finis foritur rationem specialis peccati. Idque confirmat in responsione ad 3. ubi ait: Scandalum non habet rationem specialis peccati ex predicta circumstantia (videlicet quod peccatum factum sit in publico) sed ex intentione finis. Resp. Recolenda est doctrina quam ex eodem Angelico num. 2. dedimus, intentionem scilicet peccantis duplicem esse, alteram expressam, interpretativam alteram. Item peccatum quod suapte natura inducit alterum ad peccandum, diligendum est a peccato quod hanc vim non habet. Quando ergo nec intentio expressa agens, nec peccatum palam perpetratum illius generis est quod alios ad peccandum pertrahat, non committitur scandalum speciale. Ceterum, cum peccatum natura sua alios ad peccandum allicit, & deliberato animo quis illud coram perpetrat, adit intentio, sin expressa, saltem interpretativa; atque adeo scandalum speciale. Melior non occurrat via conciliandi textus D. Thomæ.

V. Convenit tamen penes omnes, cum qui suo pravo exemplo alterum ad furandum, ad fornicandum impellit, ad restitutionem damni quod inde sequitur non attingi. Quippe si solum restitutionis lege devinciuntur qui sunt causa moralis cui alii aut furentur, aut fornicentur, aut damnantur quodcumque temporale proximo inferant. Porro qui exemplo dumtaxat alios peccant, occasio, non causa moralis sunt damni illati. Salmanticenses tract. xxi. cap. viii. penult. 5. §. 1. num. 57. continentur restitutioni obnoxios haud esse vel illis qui expressè intendere alios inducere ad damnum inferendum. Quod sane mihi non probatur. Qui verbis alteri suadet, illumque re impellit ad furandum, omnium consensu restitutioni oneri subiacet. Porro qui suo exemplo expressè intendunt, & re ipsa faciunt, ut loci furentur, seu ut aliorum fortunas pessudent, non video cur liberi a restitutione debito sint dicendi. Circumstantiæ tamen spectandæ sunt. Si intentio omnino interna sit, & scandalum patiens prorsus ignota, tamen non videtur in alterius furum influere; atque adeo nec onus inferre restitutionis. Ceterum si intentio luadendi damnum facti, tamen non verbis, exprimitur, hoc casu eum a re-

solutione non eximerem qui suo exemplo hanc intentionem alterum ad furandum, seu damnum inferendum impelleret.

CAPUT IV.

Unde colligendum est, scandalum esse peccatum mortale, vel veniale? Eiusdem gravitas, & vitandi necessitas.

I. Scandalum activum peccatum mortale est, cum quis suo pravo exemplo alterum ad peccatum mortale impellit. Sed semper præ oculis habenda est distinctio scandali directi, dum quis directe proximi animam spirituales intendit; & scandalum interpretativi, ac indirecti, quod abique expressa agentis intentione alium ad peccandum inducit. Scandalum activum est peccatum mortale, cum quis alium in peccatum mortale impellere intendit actu peccati mortali, vel etiam actu peccati venialis, si animo impellere alterum intendat in peccatum mortale. Scandalum passivum est veniale, dum quis ex alterius peccato non labitur, sed ad lapsum disponitur; mortale vero est, si in mortale ruat. Hæc omnia docet Angelicus in IV. dist. xxxviii. quest. 2. art. 2. quest. 3. Ad tertiam questionem dicendum, quod duplex est scandalum, activum scilicet, & passivum, & utrumque quandoque est mortale peccatum. Passivum quidem peccatum mortale est, quando aliquis ex peccato alterius ruit in mortale peccatum; sive factum agentis sit bonum, sive invidiosum, sive malum mortale, aut veniale peccati: sed veniale peccatum est, quando ex facto alterius quomodocumque non ruit, sed disponitur ad ruitum; sicut qui impingitur, disponitur ad casum, etiam si non cadat. Unde Glossa Rom. xiv. scandalum contriversionem nominat. Sed activum scandalum potest accipi dupliciter. Uno modo formaliter, quando scilicet est speciale peccatum, ex hoc quod intendat alium scandalizare; & sic si intendat aliquid inducere in peccatum mortale, mortaliter peccat; si autem intendat inducere ad aliquid veniale, peccat venialiter, quantum pertinet ad rationem scandali: quia si intendat inducere in peccatum veniale per actum peccati mortali, peccaret mortaliter; sed hoc accideret scandalo. Alio modo materialiter, quando est circumstantia peccati, quia non intenditur proximi nocumentum; & tunc idem iudicium est de scandalo, & de actu quo aliquis scandalizat; qui quandoque est veniale, quandoque mortale peccatum; nisi forte esset indifferens habens similitudinem peccati mortalis:

talis: tunc enim scandalum activum esset peccatum mortale, cum ex aliquibus circumstantiis concurrentibus existimari probabiliter posset quod infirmi aspicientes peccarent mortaliter.

II. Similia habet Angelicus 2. 2. quest. xliii. art. 4. Scandalum activum, si sit per accidens, potest esse quandoque quidem peccatum veniale; puta cum aliquis vel actum peccati venialis, vel actum qui secundum se non est peccatum, sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua levi indifferente committit. Quandoque vero est peccatum mortale, sive quia committit actum peccati mortali directi, dum quis directe proximi animam conservanda non pratermittit aliquid facere quod sibi libuerit. Si vero scandalum activum sit per se, puta cum intendit alium inducere ad peccandum, si quidem intendat inducere ad peccatum mortale, est peccatum mortale; & similiter, si intendat inducere proximum ad peccatum veniale per actum peccati mortali.

III. Ut hæc D. Thomæ doctrina intelligatur, illud animadvertendum quod ille ipse docet art. 1. quodque dedimus supra. Innuitur hic Angelicus videtur, scandalum non consistere peccatum specie diversum, cum ex prava peccantis intentione expressa non pronoscitur, quod laudatæ doctrinæ repugnat. Satis quippe est intentio interpretativa, & virtualis, ut in ceteris peccatis palam est. Qui alterius famam denigrat verbis detrahentibus, verus detractor est; qui in loco sacro fornicatur, sacrilegio pollutur; si occiderit hominem, homicida est: tamen si expresse nec de fama, nec de Ecclesia, nec de proximi iactura cogitaverit. In his, & similibus actibus adit voluntas interpretativa, eo quod peccans animum intendere tenetur ad ruinam que actionem suam consequitur. Cum itaque Angelicus dicit scandalum per accidens non esse peccatum speciale, verum habet; dum est omnino per accidens, seu nullo modo volitum: quod tunc contingit, dum quis actionem culpabilem coram aliis committit que natura sua ad peccandum alios non impellit; & peccans nullo modo aliorum spirituales ruinas intendit. Ceterum cum peccatum perpetratum natura sua alios inducere aptum est; tunc dici nequit, nullo modo esse volitum proximi iacturam: est enim volita interpretativa, & indirecte. Idque patet ex eodem Angelico, qui cit. art. 3. hæc subdit: Unde siert furum est speciale peccatum, aut homicidium propter speciale nocumentum proximi, quod intenditur; ita etiam scandalum

est speciale peccatum, propter hoc quod intendit speciale proximi nocumentum. Liqueat autem neque in furto, neque in homicidio requiri expressam, sed sufficere interpretativam intentionem. Si expressa intentio necessaria foret ad scandalum speciale, raro scandala occurrerent, contra evangelicum oraculum: *Per mundo a scandalis: necesse est enim ut veniant scandala*. Matth. xviii. Verum, quoniam modum indicavi supra, ad praxim quod attinet, omnes fatentur scandalum, etiam absque hac expressa intentione, circumstantiam peculiarem esse necessario in confessionem pendendam: idecirco a severiori discussione abstinere.

IV. Quanta sit scandali malitia, colligi potest ex verbis Christi Domini dicentis Matth. xviii. *Per mundo a scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala; verumtamen va homini illi per quem scandalum venit*. Nec minorum incutitur terrorem que procedunt verba: *Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris*. Illa particula *Per* enormem scandali malitiam præfert. In mola asinaria collo illius suspendenda qui scandalum præbet, ut in pelagi profundum demergatur, æternum supplicium in uno Tartari loco præsentatur. In illo propositionis membro, *Per mundo a scandalis*, Evangelista scandalorum multitudinem indicat. Maxima quippe hominum pars scandalorum causa damnatur. Mutuo se se homines malitia inficiunt, & ad peccandum invicem alliciuntur. Quoque verum præstat, & ubique serpit scandalorum contagium. Blasphemiarum, & iuramentorum clamoribus terra resonat, & æther. Impudicitia virus verbis, factique se se effundit in oculos, in aures, intimoque pervadit sensus. Simonia, avaritia, detractiones libitibus omnibus vercundia, honestatis, & pudoris superatis, loca quoque pervadunt. Bonorum oppressiones, & sanioris doctrine infestatio, opinionum sensibus lenocinantium inventa, & innumera alia vitia scandala sunt gravissima. Horum necessitas indicatur verbis istis: *Necesse est ut veniant scandala*. Huius particula significatus est: malitia hominum posita, consequens fit ut scandala erumpant. Successit ille scelerum fœdes nequeunt diu in animorum abditis filtere; sed foras eundem evomunt.

V. Declinandi scandali gravissimam necessitatem offendit Christus Dominus Matth. v. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum*.

CAPUT V.

cum, & proice abs te. Expedi enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Hoc idem repetit & Matth. XVIII. & Marc. IX. Si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam. Quibus verbis extremam fugam, summamque a scandalo separationem Christus indicat, ut Patres interpretantur. Audiamus Chryostomum in hunc locum hom. XVII. in Matth. Quod si de membris illa predicaret, nequaquam vel de uno, vel de dextro id oculo, sed de utroque promissive assereret. Qui enim scandalum patitur ab oculo dextro, haud dubie ipsam etiam a sinistro patietur. Quam igitur ob causam dextrum oculum posuit, & manum adiecit? Ut tempus disceres, non de membris verba fieri, sed de his quos nobisum familiaritas copulavit. Quamvis igitur tantum aliquem diligas, ut eum tuos ad usus oculi dextri adhibere adhibeas; aut tibi quempiam esse utilem arbitrare, ut eum dextera manus ducas loco, & hi tamen anima tua saluti offendiculum prebeant: etiam istos ut abscondas, & diligentius viam ipsam sermonis exprobes. Non enim dixit: Ab talium corripit, & societate discede: sed quam maximam separationem significavit. Erue, inquit, & proice abs te.

VI. Similia profert Augustinus Lib. I. de serm. Dom. in monte cap. XIII. Quidquid quod significat oculus, sine dubio tale est quod vehementer diligitur: sicut enim & ab eis qui vehementer volunt exprimere dilectionem suam ita dicit: Diligo eum ut oculos meos, aut etiam pluraquam oculos meos. Quod autem additum est dextre, fortasse ad augendam dilectionis vim valet. Quamquam enim ad videndum isti oculi corporis communicant intenduntur, & si ambo intenduntur, equaliter possunt & amplius tamen fornicantur homines dextram amittere: ut iste sit sensus: Quidquid illud est quod ita diligit ut pro dextro oculo habeas, si scandalizat te, id est si tibi impedimento est ad veram beatitudinem, erue illud, & proice abs te. Hinc colligas velim, quam sanctorum Patrum, quin & Evangelistarum doctrinae adverte licet recentiorum quorundam opiniones, qui vanis distinctiunculis Christianos in proximis peccandi occasionibus degentes fovent, illique patrocinantur.

Retinenda ne veritas est vitæ, doctrinae, & iustitiæ, ut scandalum vitetur?

I. Magni momenti questionem aggredior. Nunquam fuit ob odio, atque invidia veritas leivanda. Verum, si hostibus abundavit, defensoribus minime caruit. Triplicem distinguit Angelicus Doctor veritatem, vitæ, doctrinæ, & iustitiæ, 2.2. quest. XIII. artic. 7. ad 3. In veritate vitæ, doctrinæ, & iustitiæ, non solum comprehenditur id quod est de necessitate salutis, sed etiam id per quod perfectius pervenitur ad salutem.

II. Veritas vitæ in humanarum actionum ad divinam legem conformitate, in operum pietatis, & virtutis rectitudine splendet. Doctrinæ veritas in his sita est que ad intellectum pertinet. Hæc fidei divinæ arcana reletat, morum præcepta, & consilia edisserit. Veritas iustitiæ proximum spectat: que hominum societatem dirigit, & magna commercia ad æquitatis, iurisque leges renouat. Quibus positus, Angelicus docet primum generatum, nunquam esse absolute veritatem dimittendam propter vitandum scandalum. Scandalum autem actionum nunquam est sine peccato facientis. Nulla autem de causa debet aliquis inclinari ad peccandum: unde debet potius omnia permittere quam scandalum activum facere: neque unquam propter scandalum activum vitandum potest dimitti veritas: quia quicumque veritatem sequitur, non scandalizat aliter (cum scandalum activum sit dictum, vel factum minus rectum.) Unde cum queritur, utrum veritas sit dimittenda propter scandalum, non intelligitur quæstio de scandalo activo, sed de passivo, quod intordit esse sine peccato facientis illud unde occasio scandali semitur; quamvis nunquam sit sine peccato eius qui scandalizatur. Et ideo, cum queritur, quid sit dimittendum propter scandalum passivum, nihil est aliud querere, quam quid homo dimittere debeat, ne alius peccet. Cum autem homo ex ordine caritatis se pluraquam proximum in spiritualibus diligere teneatur; nulli modo aliquis peccare debet; ut peccatum alterius vitetur. Quicumque autem relinquit veritatem, peccat. In IV. dist. XXVIII. quest. X4. art. 4. quest. I. Paucis exponitur universa hæc Aquinatis doctrina. Scandalum activum semper est peccatum. Qui veritatem retinet, scandalo activo pollutur. Nunquam vero peccare licet, ne alius peccet. Ergo veritas dimittenda non est, ut vitetur scandalum passivum. Verum quia quæque regula

quia suas excipit appendices, idcirco sequentibus quaeritur licet rem totam expediam.

III. Quæst. I. Veritas vitæ est ne interdum dimittenda propter scandalum passivum vitandum? Resp. Ad veritatem vitæ pertinere diximus opera divina lege præscripta. Duplex eiusmodi lex: altera negans, affirmans altera. Nunquam licet violare aliquid præceptum iuris naturalis negativum propter scandalum vitandum. Quoniam eiusmodi præcepta obligant semper, & pro semper, in omni loco, tempore, & circumstantia, nulla perfortuna conditione excepta. Quapropter nunquam mentiri, fornicari, innocenter persequi, vel interficere, ceteraque id genus perpetrare licet ob quodcumque scandalum vitandum. Præcepta iuris affirmativa, seu positivi, cum pro semper, & in omni circumstantia minime obligent, sunt quandoque ob vitandum scandalum dimittenda. Hæc ratione præceptum correctionis fraternelle implere non teneor, cum prudenter provideo pietorem ex correctione evalutum fratrem, quia tunc hoc præceptum non urget. Opponit sibi Angelicus peccatum saltem veniale committendum esse, ne proximus offendiculum grave patiatur. Cui obiectioni sic respondet. Dicendum, quod homo peccatum veniale committere, ne alius peccet mortaliter, non tenetur, nec bene facit committendo: quia ad vitandum aliquid peccatum non inclinamus principaliter ex damno proprio (quia hoc esset desistere a peccato timore peccati) sed inclinamur, ne Deum offendamus, cuius offensio est etiam veniale peccatum, quantum non ita magna sicut mortale. Nullus autem debet Deum offendere peccato, ne alius offendat multum. Quia homo debet in spiritualibus diligere Deum quam proximum. Et ideo nullus debet facere peccatum veniale ad vitandum scandalum: dummodo actus eius ex tali causa factus, peccatum veniale remaneat. Est enim oppositum in adiecto, si dicatur quod alius debet peccare, aut bene facit peccando. Contrahit tamen aliquem actum ex tali causa factum non esse peccatum veniale, quod aliud veniale est, sicut dicere verbum vitiosum: iam enim non est vitiosum, cum non exeret causa pie utilitatis. In IV. dist. XXVIII. quest. XI. artic. 4. quest. III. ad 2.

IV. Quæst. II. Opera spiritualia que ad salutem non sunt necessaria, omitti ne licite possunt ad scandalum vitandum? Resp. Duplex scandalum, ut dictum est supra, Pharisæorum, & pufferorum. Illud est malitia, hoc est infirmitate proficiscitur. Quemadmo-

dum opera necessaria ad salutem nunquam sunt propter quodcumque scandalum dimittenda; sic illa sine quibus saltem aliquid possimus, occultanda, vel differenda interdum sunt, ut infirmorum scandalum declinetur, donec pulli doceantur. Quod si post redditam rationem illius quod iuste peragitur, in ignoratione persisteret velint, refugiantque rationibus acquiescere: iam ignorantia innoxia non est, eorumque scandalum pharisaicum evadit, quod est contemnendum. Spectanda tamen est hominum conditio, antequam decidatur, ignorantiam noxiam esse, scandalumque pharisaicum. Quippe alii præ aliis hebetiores sunt, qui tenacius præiudicata opinioni adherent; & vltim, consuetudinem, aliaque præceptiones, quibus diu præceptati sunt, rationibus anteponunt. Quare caritate opus est, & patientia, quam diu exitimari prudenter potest eorum ignorantiam ex infirmitate proficisci. Quæ si diuturna nimium fuerit, vix iudicari a malitia poterit immunitis. Hæc omnia docet Angelicus 2. 2. quest. XIII. art. 7. Quæ sunt de necessitate salutis, prætermitti non debent propter scandalum vitandum. In his autem spiritualibus bonis que non sunt de necessitate salutis, videtur distinguendum. Quia scandalum quod ex eis oritur, quandoque ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona, scandala committendo; & hoc est scandalum Pharisæorum, qui de doctrina Domini scandalizantur; quod esse contemnendum Dominus docet, Matth. XX. Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate, vel ignorantia. & huiusmodi scandalum est pufferorum: propter quod sunt spiritualia bona vel occultanda, vel etiam interdum differenda, ubi periculum non imminet, quoniam reddita ratione, huiusmodi scandalum cessat. Si autem post redditam rationem huiusmodi scandalum duret, iam videtur ex malitia esse. Et sic propter istum non sunt huiusmodi spiritualia opera dimittenda. Similia habet Angelicus in IV. dist. XXXVIII. quest. 11. art. 4. quest. 2. ubi rationem reddit cur scandalum Pharisæorum contemnendum sit: quia videlicet si propter hoc scandalum vitandum consilia, & opera spiritualia dimittenda forent, locus aperiretur impiis omnia interturbandi, & cum velent, perfectionis facinora impediendi. Sic ergo, inquit, distinguendum est in scandalo passivo: quia quandoque oritur ex malitia o-dientium veritatem, qui turbantur, & alios turbant propter opera lucis, quasi filii tenebrarum

num, & hoc est scandalum Phariseorum, ut Bernardus dicit: & propter hoc scandalum passuum nullo modo consilia sunt dimittenda: quia iniquis daretur locus impediendi opera perfectionis, cum vellent. Unde Dominus dicit de Phariseis, qui ex malitia scandalizabantur ex factis, & dicitis eius: Sinite illos: ceci sunt, & duces cecorum. Quandoque autem oritur ex ignorantia, vel infirmitate; & hoc dicitur, secundum Bernardum, scandalum pistorum, qui non cognoscunt veritatem, & propter hoc de operibus veritatis turbantur. Et hoc scandalum cavet Dominus, Matth. xvii. ubi dicit Petro: Ut autem non scandalizemus eos &c. & cavere docuit, Matth. xviii. Unde propter tale scandalum pistorum consilia sunt ad tempus intermittenda, vel occulte agenda, non autem omnino dimittenda: quia homo prius sibi quam proximo in spiritualibus providere debet: & ignorantia, si diu duret, in malitiam perobstinationem commutat. Tamen attendenda est quantitas scandali, & boni quod contingit ex consilio servato: & secundum hoc aliquando consilia sunt pratermittenda propter scandalum pistorum, vel scandalum contemnendum propter consilia.

V. Quæst. III. Est ne veritas doctrine reticenda, ne scandalum oriat? Resp. Distinguit Angelicus actum docentis a re que explicatur. Actus docentis pertinet ad veritatem vite: res que manifestatur, ad veritatem doctrine. Doctrina est elemosyna spiritalis; actus vero quibus illa traditur, ad misericordiam, & caritatem pertinet. Et sicut elemosyna propter scandalum differenda est. Veritas doctrina tunc pratermittitur illicitè, dum ex silentio damnum patitur. Hæc omnia explicat Angelicus in IV. dist. xxxviii. quæst. ii. art. 4. quæst. 1. Duo sunt consideranda, actus scilicet docentis, & res que docetur. Actus autem docentis pertinet ad veritatem vite, sicut & alius actus misericordie: quia doctrina est elemosyna spiritalis, ut supra dist. xv. dictum est: unde de ea idem est iudicium ac de aliis actibus misericordie, de quibus post dicitur, quod aliquando propter scandalum differri possunt. Sed res ipsa que docetur, est que pertinet ad veritatem doctrine: nec veritas doctrine pratermittitur, quando aliqua res veritate tactur; sed quando illius veritati preiudicium generatur sive ex contraria doctrina, sive ex taciturnitate aliquorum: & sic propter nullum scandalum est veritas doctrina relinquenda. Eam-

dem doctrinam docet D. Gregorius hom. vii. in Ezechielem. Ecce Magistra Veritas, ne in quorundam cordibus gigneretur scandalum, quod non debuit, tributum dedit. Eriusum, quia generari scandalum in quorundam cordibus contra veritatem vidit, in suo eos scandalo remanere permisit. Ex qua re nobis considerandum est, quia in quantum sine peccato possimus, vitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum sonitur, utilius nasci permittitur scandalum, quam quod veritas relinquatur.

VI. Proposita igitur questionis decisio hæc est. Doctrina veritas predicanda est quoties ex opinione laxitate, morum, atque abusu pravitate detrimentum subit. Preceptum confitendi veritatis tunc urget, & spiritualis elemosynæ. Peccant divites, & pauperibus gravi necessitate prelis non succurrunt. Gravior delinquant potissimum Concionatores, Confessarii, Theologi, qui vel timore correpti, vel captanda popularis auzæ spe allecti, vel ob procerum favorem indipendendum, veritatem aut in corde occultant, aut pigmentis, & lenociniis temporis, & genio eamdem accommodant. Que pro Concionatoribus hoc de argumento D. Carolus Borromæus docet, isthuc transferribam. „Publicorum peccatorum illecebras, quas homines depravate consuetudinis errore decepti pro nihilo putant, Concionator perpetuo reprehendat, atque in summum odium adducere contendat. Spectacula, ludos, ludicalque res id generis, que ab Ethnicorum moribus originem ducunt, disciplineque christianæ adversantur, perpetuo detestabitur, exacerbatur: choreas, saltationes ac tripudia, quibus mortifera cupiditates excitantur, de lapsu sepe graviter reprehendat, atque instabitur: scenicas, peronataque actiones, omnem in muliebri vestitu luxum, caudatas velles, superbum ornatum, deformem illam orandi capitis speciem, meretriciosas libidinis incitamentum, cæteraque ad libidinis incitamentum sedæ excogitata, omni persuasionum vi, & argumentorum quasi telis oppugnet. Efusulam etiam virorum impemulam, & omnem intemperantiam omni studio coarguat. Servorum quorum opera nulla est neque domi, neque foris, multitudinem inutilem ac desidem, supervacaneam distuldebit. Epulas illas sumptuosas, & comestationes immoderatas a frugalitate christiana alienas, omnis intemperantia, impudici-

tiæ,

tiæ, libidinis, aliorumque vitiorum illecebras arguat, increpabit, atque plane dissuadebit. Omnem aleam, omnemque eius generis ludum, unde iurgis, furto, malefictis, ac aliis malis, malefictique quasi fores aperitur, graviter obiurgabit, atque exagabit. Eorum peccatum exagabit, insectabitur qui ades suas, quasi ludum aleatorum, exponunt. Mulorum otioiam vitam, ac voluptariam ita facile peccatis expolitam reprehendet quam sepissime. In Act. Conc. III. Med. tit. Oth. Conc.

VII. Nec negamus prudentia, & dextertate opus esse, atque interdum pratermittenda quædam aut nimis severa, aut ab hominum captu valde remota, aut ob alias circumstantias loci, & temporis. Cuius rei exemplum Christus præbuit Ioan. xvi. Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modo. Verum vix homines hoc egent consilio, cum suapte natura propensi sint ad ea occultanda que populi odium, invidiamque adversus se concitare valent; qui in aliud potius extremum, ad aurem scilicet loquendi, mundoque indulgenti, communitè offendant. Quapropter tam Prophete, quam Patres vix unquam adversus Sacerdotes invehantur, quod sint nimium aperti, ac inconlulti in veritate pronenda; sed illos continent arguant, quod carnis prædictie caligine obacti, & mandata gloriæ comparanda cupiditate succensi divina precepta occultent, adulterent, decipiantque populum Dei. Hæc sunt crebra, ac fere continua Patrum declamationes in Concionatores, Confessarios, Theologosque. Plurimis omnibus, unus S. Gregorius Magni verba transferbo. „Sepe namque Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodia, pastorum studio, sed mercenariorum vice, deserviunt: quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpat, dicens: Canes muti non valentes latrare... Hinc rursus delinquenti populo dicitur: „Propheta tui viderunt tibi falsa, & stulta; nec aperuerunt iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent. Prophete quippe in sacro eloquio nonnumquam Doctores vocantur qui dum fugitiva esse præsentia indicant, que sunt ventura manifestant. Quos divinus sermo falsa videre coarguit: quia dum corripere culpas metuunt, in-

castum delinquentibus promissa securitate blandiuntur, qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiant, quia ab inperceptionis voce conticeant. Clavis quippe apertionis est sermo correptionis; quia increpato culpam detegit, quam sepe necit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait: Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Hinc per Malachiam dicitur: Labia Sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Hinc per Iliam Dominus admonet dicens: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium suscipit quisquis ad Sacerdotium accedit; ut ante adventum iudicis qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est negligens, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim quod super Pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus infudit, quia nimirum quos repererit de se, protinus loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur ut tabernaculum Sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur, ut videlicet voces prædicationis habeat, ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendant: scriptum quippe est: Ut audiatur sonitus, quando ingreditur, ut egredietur Sanctuarium in conspectu Domini, & non morietur. Sacerdos nempe ingreditus, vel egrediens morietur, si de eo sonitus non audient: quia iram contra se occuli iudicis exprit, si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describantur inserta. Vestimenta enim Sacerdotis, quid aliud quam repta opera debemus accipere? Propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinnabula inherent, ut vite viam cum lingua sonitu ipsa quoque Sacerdotis opera clament.

VIII. Quæst. IV. Dimittenda ne est iustitia veritas propter scandalum vitandum? Resp. Veritas iustitiæ est humanas actiones dirigit, que proximum nostrum spectant, que iura cuiusque sua reddunt. Hinc questionis respondit Angelicus in IV. dist. xxxviii. quæst. ii. art. 4. quæst. 1. ad 1. Iustitia autem est reddere unicuique quod suum est. Dupliciter autem redditur unicuique quod suum est. Uno modo, quando datur ei illud quod sibi directe utile est, ut pecunia, vel argentum, vel aliquid huiusmodi, quod sibi sine peccato denegari non potest. Unde, quantumcumque scan-

da-

alium docuit sagui, iudex debet facere quod ius suum isti reatatur. Alio modo, quando opus iustitiae, quod ad petitionem alicuius redditur, non direste cedit in bonum petentis, sed magis in bonum Reipublicae; sicut patet in illatione pavorum, quibus pax in Republica conservatur, malefactoribus repressis. Unde si iudex qui curam Reipublicae gerit, videt ex infestatione parva manus incommodum Reipublicae provenire, potest parvam vel pretermittere, vel mitigare; nec alicui in hoc facit iniuriam, quia ipse Reipublicae personam gerit. Et hoc etiam facere debet, quia ex officio tenetur utilitati publicae providere. Hoc autem contingit praecipue, quando Principes, vel aliqua multitudo est in causa, aut aliquis de cuius parva timetur non scilicet sequatur. Et ideo dicit Augustinus, quod cum multitudo peccantium agendum est magis monendo quam minando: severitas exercenda est in peccata paucorum. Sed hoc intelligendum est, quando ex dissimulatione peccati Principis, vel etiam multitudinis vultu periculum non timetur, quam ex pena. Unde si ex impunitate Principis, aut multitudinis, fidei, & doctrinae veritatis, & boni more corruptantur, non parcendum est Principi, nec multitudini: quod praecipue contingit, quando peccatae peccatum suum auctoritate, aut potestate defendere moluntur. Unde Isidorus dicit: Hi qui neque a vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum delictum quod committunt, vindicare quoddam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum honoris, nec gratiam recipienti communitatis. Non raro delinquentes alicuius gradus & dignitatis a Praelatis, a superioribus non corriguntur, ob scandalum timorem. Sed frequentius eiusmodi scandalum committentium est, potissimum in Religionibus. Peccata quae privata sunt, solaque afficiunt peccantium personas, possunt ob scandalum vitandam dissimulari. Verum, cum aberrationes, & peccata in damnatum commune cedunt, dum aliorum seductio timetur, scandalum, si quod futurum praevideatur, sperandum est: puniendi, & in ordinem redigendi sunt delinquentes. Nec eorum dignitas, & gradus remora, sed sollicitate potius punitionem debent. Quia quo sunt in maiori gradu, & dignitate, aut exaltatione constituti, eo maiorem vitii auctoritatem adhibent, viam latiorem aperiant, & delinquentibus animos faciant. In voce, operibus saltem, factisque. Tunc, inquit Angelicus, scandalo contempto, peccatum severitate piccandi sunt legum publici praevaricatores.

IX. Quaest. V. Sunt ne temporalia propter scandalum dimittenda? Resp. Fulse disputatur super hac quaestione Angelicus, eaque distinguuntur in partes duas. Altera est de bonis alienis nostrae custodiae commissis; de bonis propriis altera. Resolvit bona aliena quorum nos custodes, vel administratores sumus, propter scandalum non esse dimittenda, 2. 2. qu. xlii. art. 8. Temporalia bona aut sunt nostra, aut sunt nobis ad conservandum pro alitis commissa; sicut bona Ecclesiae committuntur Praelatis; & bona communia quibusvis Reipublicae Rectoribus; & talium conservatio, sicut & depositarum, imminet his quibus iuxta commissio, ex necessitate; & ideo non sunt propter scandalum dimittenda, sicut nec alia quae sunt de necessitate salutis. Fulsus hanc difficultatem verlat in 17. dist. xxviii. q. 11. art. 4. ubi inter plura haec habet: Aliquando sequitur scandalum passivum ex hoc quod aliquis rem temporalem non donat. Et in hoc distinguendum est: quia quandoque non potest dire sine peccato: vel quia scit illam cui dat, usurum re data in malum usum; vel quia non potest dare rem temporalem nisi sine praedicto alterius; sicut si illi qui gerunt alienis communitatis curam, dent aliqua ex quorum subractione fiat peior conditio illius communitatis. Errone non debet dire temporalem rem propter scandalum vitandam: quia hoc esset facere contra veritatem iustitiae, aut iura. Si plura veras, consule hunc locum.

V. Bona temporalia quorum domini sumus interdum propter vitandam scandalum negligenda sunt, aut alia via scandalum auferendum. En secunde partis decisionem, quam exhibet Angelicus 2. 2. qu. xlii. art. 8. Temporalia vero bona quorum nos sumus domini, dimittere ea tribuendo, si peius nos ea habeamus, vel non repetendo, si apud alios sint, propter scandalum, quandoque quidem debemus, quandoque autem non. Si enim scandalum ex hoc oritur propter ignorantiam, vel infirmitatem aliorum; quod supra diximus esse scandalum passivum; tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia, vel aliter scandalum est sciendum, scilicet per aliquam admonitionem. Unde Augustinus dicit in Lib. de ser. Domini in monte: Dandum est quod nec tibi, nec alteri nocent, quantum ab homine credi potest. Et qui negaverit quod peccat, indicanda est ei iustitia; & melius ei aliquid dabis, cum petentem iniuste correxeris. Aliquando vero scandalum nascitur ex malitia, quod est scandalum Pharisaeorum; & propter eos qui sic scandala excitant,

citant, non sunt temporalia dimittenda: quia hoc & noceret bono communi (daretur enim malis rapiendis occasio) & noceret ipsius rapientibus qui retinendo aliena in peccato remanent.

CAPUT VI.

Opera spiritualia, vel temporalia differenda, aut occultanda interdum sunt, ut passivorum, sicut Pharisaeorum, scandalum excitetur.

EX his quae delibavimus, liquet, opera quae necessaria omnino sunt ad salutem, nunquam esse propter scandalum dimittenda. Omisso quippe operum illorum culpabilis est. Nemo autem, ne alius peccet, peccare debet. Ordine enim caritatis servato peccare debet. Ordine vero in memoriam revocanda est legis divine praesentia; & vetantis. Quae a Deo vetantur, genere suo mala sunt, quae peragi propter nullum vitandum scandalum licite possunt. Quae vitandum, non in omni ordine circumstantia: ideoque sine culpa quandoque negliguntur. Verum de his dictum est supra.

II. Opera spiritualia quae sub consilio cadunt, ut scandalum vitetur infirmorum, & ignorantium, qui passivorum nomine veniunt, aut occultanda, aut differenda sunt, donec reddita ratione scandalum cesset. Quin procepta ipsa ecclesiastica dimittenda interdum sunt. Hinc mulier non modo feriatibus, verum etiam fessis abstinere a Missae sacrificio audiendi debet, si praevideat ob suum egressum et domo-futurae rixas, & homicidia; aut se ab homine impudice amandam. Idem ordo postulat caritatis ut negligatur minus ad declinandam maius malum. Minus autem malum est illorum operum dilatio, vel occultatio, quam passivorum scandalum. Secus tamen dicendum, si operum spiritualium occultationem maiora mala consequerentur. Quia ratione, dum evangelicae doctrinae manifestatione multorum saluti necessaria est, dissimulari minime debet; etiam hinc quorundam passivorum scandalum sequeretur: quia multorum salus paucorum saluti preferenda est. Cum ergo dicitur differenda, aut occultanda esse spiritualia opera ob passivorum scandalum, id intelligitur, dummodo alia maiora non imminant mala.

III. Scandalum pharisaeicum, utpote ex malitia ortum, contemnendum est. Si istius haberetur ratio, omnia perturbarentur. Iniquorum multitudo bona opera edit: omnia ne

Conc. Theol. Tom. II.

gligenda forent ad illorum declinandam offensionem. Nec virtutum omnium bonum, sed malum pareret effectum. Foveret quippe pharisaei pravitatem, animosque peccantibus addiceret adversus pietatis, iustitiae, & honestatis facinora. Si ad Pharisaeorum malitiam respectum Christum habuisset, abstinentium illi fuisset ab divina legis promulgatione, a miraculis patrandis, ab humilitatis, paupertatis, aliarumque virtutum exemplis. Idcirco contemnenda eiusmodi offensionem docet. Lubet iterum sub oculis reducere Angelici doctrinam ex 2. 2. qu. xlii. art. 7. In his autem spiritualibus bonis quae non sunt de necessitate salutis, videtur distinguendum. Quia scandalum quod ex eis oritur, quandoque ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona, scandala excitando; & hoc est scandalum Pharisaeorum, qui de doctrina Domini scandalizabantur; quod contemnendum Dominus dicit Matth. xv. Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate, vel ignorantia; & huiusmodi est scandalum passivorum, propter quod sunt spiritualia bona vel occultanda, vel etiam interdum differenda, ubi periculum non imminet, quousque reddita ratione huiusmodi scandalum cesset.

IV. In articulo octavo eiusdem quaestionis de temporalibus non dimittendis propter scandalum Pharisaeorum sermonem habet. At de his dictum est supra: solum in memoria revocare rationem expedit cur propter iniquorum scandala non sint nec temporalia dimittenda. Aliquando scandalum nascitur ex malitia, quod est Pharisaeorum, & propter eos qui sic scandala excitant, non sunt temporalia dimittenda: quia hoc & noceret bono communi (daretur enim malis rapiendis occasio) & noceret rapientibus, qui rapiendo aliena in peccato remanent. Hinc Aquinatis doctrina fulius in sequentibus patebit.

CAPUT VII.

Plures de scandalo quaesitiones. Naamani Syri idololatra discutitur.

H AENUS de scandalo generatim disputatum est. Adeo amplum argumentatum est, & indigne adeo implicatum, ut certa, immobiliaque praetribi regulae nequeant. Aetiones quippe quae nunc offendiculi expertes sunt, circumstantiarum accessio- nis nomine sunt. Quaestiones igitur peculiares quae negotium facillime minime parvum solent, resolvendae.

H

II.

II. Quæst. I. *Quandam actiones que a diaphora, seu indifferentes dicuntur, prætermittenda sunt, ut scandalum declinetur?* Resp. Quando scandalum oritur ex infirmitate, vel ignorantia, prætermittenda sunt actiones indifferentes; dummodo maius malum ex omissione non impendat. Si enim occultanda, aut potrahenda sunt vel ipsa opera spiritualia, etiam vi præcepti imposta, oppido magis omittenda sunt opera indifferentia. Si scandalum sit pharilaticum, omittenda pariter sunt, si abique incommodo fieri possit; ievens, si incommodum grave sequatur. Advertendum, quod actiones aliquæ possunt esse absolute indifferentes, quæ spectatis postea circumstantiis male sunt, ut infra patebit. Dum absolute indifferentes sunt, remoteduntaxat influunt in peccata; proxime vero, si ob circumstantias male evadunt. Accedit etiam quod quo maius est scandalum quod ex actione indifferenti consecuturum timetur, eo maior requiritur causa, & necessitas exercendi prælatam actionem, ut hæc a scandalo reatu immunis sit. Ad æquum ergo lancem redigenda sunt tunc incommoda, & damna que ex omissione actus indifferentis tibi impendunt; tum scandali gravitas, certitudo, & probabilitas, utrum accidere nec ne debeat. Quibus libris prudentia christiana expendendum est quid Christi caritas suadeat. Nimis abstracta hæc, & indefinita, sed sicut in sequentibus patentiora.

III. Quæst. II. *Abstinentiam ne est ab iis qua speciem mali præferunt? Utrum Naaman Syrus idololatriæ maculam contraxerit in obsequio præstito Regi Syriæ?* Resp. Plenam alicuius & periculi questionem aggredimur. A mali specie abstinentium esse, si nulla urgeat necessitas, convenit inter omnes, docente Paulo Apolito I. ad Thessal. v. *Ab omni specie mala abstinete vos.* Speciem mali illas præbere actiones dicimus que suapte natura male non sunt; sed circumstantiis spectatis, mali quidpiam præferunt. In hoc porro difficultatis cardo volvitur, quandam ratione circumstantiarum operationes, seu cooperationes militiam contrahant. Obvia responsio est. Si proxime influant, male evadunt; secus, si remote. Si iterum percenteris, unde colligendum sit influxum hunc remotum esse, vel proximum; aqua hæret. Plura inter exempla que huic decidenda questioni difficultatem ingerunt, celebre est illud Naamani in obsequio præstito Regi Syriæ idolum Remmon adoranti. Factum Scriptura nartrat IX. Regum v. Naaman militiæ Regis

Syriæ imperator, lato ex Elisei præscripto in Iordanis amne corpore, lepraque immunis Prophetam conventi, sicque uno alioquitur: *Non enim facies ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est de quo deprecaris Dominum pro servo tuo, quando ingrederetur dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo imitante super manus meas, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.* Qui dicit ei: *Vade in pace.* Scripturæ interpretes, Theologique hoc Naaman obsequium in examen vocant, discutuntque, sit ne idololatriæ labe aspersum. A crimine illud purgant non modo in quibus olim cultus Sinenis ab Ecclesia proscripti probati erant, sed communitè Theologi catholici. Natalis ab Alexandro in *Hist. vet. Test. Tom. II. disert. VII.* nullam illi deprehendit religionis simulationem, nullam exhibitam potestati adorationem. Concedit Naamanum post restitutum sibi sanitatem Regem suum ad templum Remmon comitatum esse, *ergo* coram idolo procumbenti, auxiliariis habere manus, quemadmodum alibi fultentare cum solitus erat. Fungebatur enim officio suo, ut que in templo, ac in aula, & in quocunque alio loco. Regem incedentem sequebatur; cum stante stabat, cum incurvante incurvabatur. Hæc tamen corporis postura, videlicet incurvationis, & genuflexionis, adorationis non propria, sed latus acceptæ, nomine significatur. Civile ergo, nullo modo religiosum, fuisse Naaman Syrii servitium præstitum Regi in templo Remmon, contendunt communiter Theologi catholici. Hæc via purgant tum Naamanum, tum Eliseum a quacunque idololatriæ, simulationisque labe. In istius doctrine confirmationem adducunt Tertulliani auctoritatem, asserentes: *Lecebit adesse in quibusdam qua nos homini, non idolo, officiosos habent.*

IV. Hugo de S. Charo non minus sapientia quam purpura clarus, & Scripturarum interpres celeberrimus, oppositam sustinet opinionem. Crimini reos arguit Naamanum, & Eliseum. Hunc, quod nimium fuerit indulgens; illum, quod saltum cultum simulaverit. Huic sententiæ subscribit Gregorius de Valentia 2. 2. de *fid. disp. 1. q. 111. punct. 2.* Si peccavit Eli, inquit Cardinalis Hugo, quod filios non correxerit; quid ni deliquerit Eliseus, qui profectum in religionis negotio imbucere neglexit?

V. Augustinus Calmet in *disert. 1. ab Lib.*

Lib. II. Reg. sententiam adoptat Samuelis Boghari, qui peculiari super hoc argumento dissertatione singulararem excoxit sententiam. Contendit ille Naamanum rogasse Eliseum ut veniam sibi a Domino deprecaretur, non pro cultu falso numini in posterum impendendo, sed pro eo quem iam exhibuerat. Quam opinionem ex Hebraico textu erueri se posse existimat. Hic enim est textus originalis. *Ur ignoscat mihi Dominus pro hac re, quando ingrediebatur dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo imitante super manus meas, & adoravi in templo Remmon.* Idque confirmari ex eo potest quod venia de perpetrato peccato, secus de commitendo, a Deo efflagitur. Quid magis absonum rationi quam preces Deo fundere, ut nobis ignoscat crimen quod perpetrandum decreveris.

VI. Illarum opinionum quælibet gravissimis difficultatibus obnoxia est. Prima, inter Catholicos valde communis, tantum mihi negotii facilet, ut quo me expediam modo, penitus ignorem. Idololatriæ reum omnes fatentur Regem, se idolo Remmon prosterentem. Rei itaque illicitæ, noxiæque operam dabat Naamanus, procumbenti Kenesi manum porrigens, seque cum illo prosterendo. Ecclesie sententiæ peccat famulus qui humeros submittit domino, ut ad conspuendum virginem ascendat. Qua ergo ratione a crimine solvendus Naaman, dum procumbentem Regem idololatriam ut idolum adoret, sustinet? Comparemus invicem & utriusque domini exteriores operationes, & utriusque famuli cooperationes. Accessus ad struprandam virginem noxius reipia est. Exterior Regis cultus natura sua superstitiosus est. Nulla super his actionibus disputatio: Servorum cooperationes librandæ. Naaman humeros, vel manum supponit Regi adoranti idolum, unaque cum eo se se prosterit. Famulus humeros sustinet dominum ascendentem in cubiculum mulieris ad fornicandum. Quenam hic discriminis ratio? Si civile duntaxat est obsequium Naamani; cur civile similiter non erit famuli servitium? Criminosum istud esse Ecclesie dehincit: ergo noxius & illud dicamus necessum est. Quin validius, penitiusque in crimen idololatriæ insitit Naamani cum rege adoratore procumbentis obsequium, quam famuli auxiliium in stuprum a domino, quem adiuvari se fenserat ingrediatur, perpetrandum. Siquidem famulus hic nec dominum ingredientem cubiculum comitatur, nec proxime

ad actionem ipsius stupri exequendum, sed remotus ad ascendum in cubiculum suspectus præbet. Ultra progreditur Naaman. Ipsum Regis perfonam externam superstitiosum agentem sustinet. Rege simulacrum adorante se se prosterit. Locis, temporis, ceremoniæ, ceteræ omnes circumstantiæ cultus superstitiosum produunt. Quid quod ipse Naaman idololatriæ, vel simulationis labe aliorum istud agnovit obsequium? Nonne Eliseum rogat ut veniam istius criminis sibi a vero Deo impeteret? Numquid, si adoratio hæc civis illi fuisset, & innocens, illius veniam a Deo concedendam implorasset? Tertulliani auctoritas non faveret modo, verum etiam aperte contradicit laudat sententiæ. Quod ut contemptum fit, integram trancribit ex *Lib. idololat. cap. XVII.* „ Sim vocatus, nec in sacrificiis sit „ titulus officii, & opere meæ expunctio „ Quid tum? Si liber. Utinam quidem nec „ videre possemus que facere nobis nefas est? „ Sed quoniam ita mali circumdedit securum „ iam idololatriæ, licet adesse in quibusdam „ que nos hominibus non idolo, officiosos habent. „ Plane ad sacerdotium, & sacrificium „ omnes fatentur Regem, se idolo Remmon „ prosterentem. Rei itaque illicitæ, noxiæque „ operam dabat Naamanus, procumbenti Kenesi „ manum porrigens, seque cum illo prosterendo. „ Ecclesie sententiæ peccat famulus qui „ humeros submittit domino, ut ad conspuendum „ virginem ascendat. „ Qua ergo ratione a crimine solvendus Naaman, dum „ procumbentem Regem idololatriam ut idolum „ adoret, sustinet? Comparemus invicem & „ utriusque domini exteriores operationes, & „ utriusque famuli cooperationes. Accessus ad „ struprandam virginem noxius reipia est. „ Exterior Regis cultus natura sua superstitiosus „ est. Nulla super his actionibus disputatio: „ Servorum cooperationes librandæ. Naaman „ humeros, vel manum supponit Regi adoranti „ idolum, unaque cum eo se se prosterit. „ Famulus humeros sustinet dominum „ ascendentem in cubiculum mulieris ad fornicandum. „ Quenam hic discriminis ratio? „ Si civile duntaxat est obsequium Naamani; „ cur civile similiter non erit famuli servitium? „ Criminosum istud esse Ecclesie dehincit: „ ergo noxius & illud dicamus necessum est. „ Quin validius, penitiusque in crimen „ idololatriæ insitit Naamani cum rege adoratore „ procumbentis obsequium, quam famuli „ auxiliium in stuprum a domino, quem adiuvari „ se fenserat ingrediatur, perpetrandum. „ Siquidem famulus hic nec dominum „ ingredientem cubiculum comitatur, nec proxime

„ Cap. XVII. questionem nostram proponit. „ Ceterum quid facient servi, vel liberi „ fideles, item officiales sacrificantibus „ dominis, vel patris, vel præfidiis suis „ adherentes? Sed si merum quis sacrificium „ tradiderit, immo si verbo quoque aliquo „ sacrificio necessario adjuverit, minister habebitur „ idololatriæ. Huius regule memores „ officium magistratibus, & potestatis officium „ postquam reddere secundum Patriarchas, „ & ceteros maiores, qui Regibus „ idololatriæ vult ad finem idololatriæ „ apparuerunt. Hinc proxime disputatio oborta „ est, an servus Dei alicuius dignitatis, ut „ potestatis administrationem capiat, si ab „ omni specie idololatriæ intactum se aut „ gratia aliqua, aut astutia etiam præstare „ possit: secundum quod & Ioseph, & „ Daniel mundi ab idololatriæ & dignitate „ & potestatis administraverunt in orna- „ mento, & purpura totius Egypti, sive Babilonice. Credamus itaque succedere alicui „ posse ut in quocumque honore, in solo honoris „ nomine incedat neque sacrificet, neque sa- „

30 sacrificiis auctoritatem suam accomodat, non
31 hostias locet, non curas temporum deleret,
32 non negligat curam procurare, non specta-
33 cula edat de suo aut de publico, aut e-
34 dendis pretit. Nil selemne pronuntiet, vel
35 edicatur, nec iuret quidem. Iam vero que
36 sunt porcellatis &c. Duo docet Tertulianus
37 lapsus tunc &c. Alterum quod liceat
38 paganis dominis inservire usque ad suam ido-
39 latriam, seu in omnibus his que ad religionem
40 minime pertinent: quod postquam illorum
41 ingredi templa, ut hominibus, non idolis
42 officio firmis, Hinc servis fidelibus comitari
43 dominos suos ad templa, ad sacrificia per-
44 gentes licitum est. Isthic fidentes spectato-
45 res, non participes erunt idolatrie. Alterum,
46 quod si servi eiusmodi consilio, sumptu,
47 aliave opera, fungantur in sacrificiis, idolatra-
48 trie participes sunt. In solo, ergo conclu-
49 dit Tertullianus, honoris nomine incedat, ne-
50 que sacrificet; neque sacrificiis auctoritatem
51 suam accomodat, non hostias locet &c. Quis
52 porro dixerit, Naamanum nulla functione in
53 sacrificio opera, si prosternebat le in templo
54 coram idolo, Regique prostermenti brachia
55 submittat? Si thus adolevisset idolo, esset
56 ne ab idololatria impulsus, quacomque ani-
57 mii interiori habitudine factata? Porro aque
58 cultum produnt exteriores corporis inclinatio-
59 nes ante idolum, ac flammis adolere pagates.
60 Non est ergo, unde adorationem Naamani,
61 quam superstitiosam tot circumstantie produnt,
62 loci, templi nimirum, temporis sacrificii
63 aliaque, exculemus a crimine. Quid quod
64 innumerum Martyres, ne similia agerent,
65 mortem atrocem subiere? Interior animi ha-
66 bitudo in verum Deum, cum actio externa
67 falso nummi cultus exhibet significationem,
68 non tollit superstitiosam; sed hypocrisis so-
69 lum, & simulatione cum obsequit. Hec
70 sunt que opinionem hanc difficillimam nobis
71 efficiunt.

VII. Altera Bocharti, Calmet, aliorum-
que eruditiorum non minor caret difficultate.
Et, ut ceteras versiones mittam, que
omnes futurum tempus expriment, Vulga-
ta nostra, que sola nobis authentica est,
vel ipsi textui Hebraico preferri debet. Isthic
textus nobis explicandus est. Quid quod sine
maxima vi illata universi narrationi nec iuxta
Hebraicam textum futurum tempus intelligi
potest? Victimam, & hostias simulacrum Rem-
mon obduerat Naamanus iuxta religionis olim
preservendus cultor. Id sane adfirmare liceret,
nullo etiam habito documento. Quoniam vix
est reperire hominem adeo propitiis numinis

contemptorem, ut precipua iuxta religionis omnia
negligat. Quare nihil rationi congruentius
quam id quod Vulgata nostra narrat, holocausta
scilicet antehac diis alienis a Naama-
no oblata. Non enim, inquit Naamanus, facit
ultra servus tuus holocaustum, aut victimam
diis alienis, nisi Domino. Hec adeo
rationi congrunt, ut a nemine negari iure
valeant. Quo posito, si preteritorum crimi-
num veniam Naamanus elligisset; num-
quid, nullis manifestis idololatrie gravitum
flagitiis, pro levioribus deprecatus fuisset? Non-
ne sceleratus est holocaustum, & victimas
offerre, quam cum Rege prosternebat ante
idolum, quam eidem prostermenti oblegit,
auxiliumque prabere? Nec est quod obicitur
penitentiam preterita, non futura, spectare
crimina. Quoniam, et si verum id habeat,
si de eadem premissa accepta sermo sit; secus
tamen est de dolore periculi, in quod nos
incutiuros prevedimus. Tentationis gravitatem
prestantissimam, infirmitatem nostram eidem
succubituram veretur; ideo in antecessum
veniam deprecatur, si casus evenierit. Hoc
modo deprecatum fuisse Naamanum, iam
indicabimus.

VIII. Tertia opinio Hugonis Cardinalis,
& Gregorii de Valentia, sua non caret diffi-
cultate. Ex una parte textui sancto, &
doctrinae Ecclesie, damnantis cultus Sinen-
ses, & famuli cooperationem prulatum domi-
no ascendenti ad stuprandam virginem, con-
gruens est. Ex alia parte non parvis vide-
bitur incommodis subiectam, & indulgentia
nimia quadam dissimulatione, & indulgentia
erga neophytum delictorum ad peniendum appa-
ret; cum illico miraculorum ad peniendum appar-
entium Giezi paraverit. Si Eliseus peccator,
potuisset Giezi illum resarguere hoc pacto: Tu
me incerpere audes, quod talentum argenti
acceperim; cum tu in idololatriam perpetranda
confenseris?

IX. Si palis doctissimos viros, meam pro-
mere sententiam fas esset, dicere, neque
Eliseum, neque Naamanum peccasse. Quo-
niam nec Eliseus approbavit obsequium exhibi-
tum Remmon, hinc Regi adoranti Rem-
mon; nec Naaman post sanitate obtentam
inservit Regi adoranti Remmon. Ut enim
mea preter opinio, hac ratione tenens facer
exponi potest. Naamanus, antequam Eli-
seum adiret, & veri Dei iamine perfunderetur,
cum Rege fas ante idolum prosternebat.
Pulla cum lepra idololatrie caliginis,
divina fide illustratus popodit, minime se
oblaturum in posterum holocausta, vel victi-
mas

mas diis alienis: Non enim faciet ultra ser-
vus tuus holocaustum, aut victimas diis alienis,
nisi Domino. Verum, quia adhuc erat
regie addictus servituti, verebatur ne, sicut
antea, deberet Regem templum protentem
comitari, illique ante idolum procumbentem
manum porrigere, atque cum illo procumbe-
re, quemadmodum antea peragere solebat.
Nec tamen id certo futurum esse sciebat Naamanus;
sed tantummodo verebatur ne acci-
deret. Hac facta hypothesi, Eliseum urge-
bat, ut si casu id contingeret, sibi veniam
a Deo peteret. Non ergo Naaman enuntiat
adorationem absolute futuram; sed posita con-
ditione quod acciderit, veniam deprecatur,
auspice Eliseo. Quod hanc adorationem
conditione adiecta a Naamano proposita,
pater ex sacro textu. Si adoravero (non in-
quit, Cum adoravero, sed si adoravero) in
templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut
ignoscit &c. Cum Eliseus spectaret suum pro-
felyram serupulis anxium, atque angoribus
agitatum, solatus eum est hoc responso, *Vade
in pacem*; quasi diceret: Maeste animo: nil
tale eveniet. Noli his suspitionibus animum
discerpere. Deus, in cuius potestate sunt Re-
gum corda, non permittit ut posterum
Regi in templo procumbenti intersias. Puls-
tis ergo hinc perplexitatis, confide in Do-
mino *Vade in pacem*. Quid prohibet hoc sen-
su respondentium Elisei, alioquin ambiguum,
exponere? Ex Scriptura non eruitur Naamanum
post suum ex Samaria in aulam Syriae
reditum reple cum Rege adorasse Rem-
mon; seu Regi adoranti intersivisse. Ex alia
parte adoratio, pro qua veniam deprecatur,
futura conditione suspensa haeret. In sacro
textu non apparet hanc conditionem imple-
tam fuisse. Quid itaque causae est ne dica-
mus, re ipsa non fuisse executioni manda-
tam? Quid huic officiat interpretationi, non
video. Eam verba sacra patiuntur, quin ali-
quod proficitur incommodum. An similia
non respondent Confessarii penitentibus, qui
passim relabendi in peccata eadem timore
anguntur? Saepo enim Confessarium alloquuntur:
Quid, domine, si in posterum eadem
perpetravero crimina? Sentio infirmitatem
meam. Ora, domine, Deum ut mihi igno-
scat. Reponit Deus miniter: Tranquillo ani-
mo esto: Deus te a relapsum servabit: *Vade
in pacem*. Oppones, debuisse Eliseum hoc pre-
bere responsum: Cave Naaman ne quid si-
mile egeris; atque respondere debuisse Naaman:
Non agam plane & verum hoc solum
efflagito ut, si id ego infirmitate urgente,

Quae Theol. Tom. II.

veniam a Deo mihi impetore. Eia Naaman.
Apagae leures, & timores istos: noli esse
aquo meticoliosior: spiritum induae fortitudinis:
Vade in pacem. Si hinc tibi non probatur,
a te meliora expecto. Quae ego dixi,
sapientum iudicio subdico.

CAPUT VIII.

Alia de scandalo quaestione.

I. **Q**uest. I. *Licitum non est idola, & Sy-
thius, Ethnicos venerere, fana, & Syn-
agogas construere, & cetera istius mo-
di, quorum malum praedictis usum & Resp.*
Mira sunt quae Probabilitate huic quaestioni
respondent. Caltrapalax tract. vi. disp. vii.
punct. xii. num. 7. cuius verba dedimus supra
cap. i. docet, artificem, gravissimum me-
tra periculum, licite posse infideli petenti idolum
construere: quia, inquit ille, constructio idoli
modi natura sua non est, & sepe ho-
nellari potest. Eadem opinionem docet P.
Flurtado Mendoza in 2. 2. disp. lxxv. sect. P.
6. §. 181. Antoninus Diana tract. v. Tom.
vi. resp. 67. refert hanc opinionem Cal-
trapalax, & Mendozae, & de more eadem
non restat; amitti dicit sibi contrariam
magis probari. Sententia Palai, & Men-
dozae, non modo falsa, sed erronea quoque
est, communi Theologorum sentit, & lu-
minis naturae adversa. Omnes quippe idoli ef-
fessionem opus esse genere suo malum adfir-
mant cum S. Thoma, qui 2. 2. q. cxxxix.
art. 2. inquit: *Si qua ars est ad faciendum
aliqua opera quibus homines uti non possunt
absque peccato, per consequens artifices talia
faciendo peccant, utpote praebentes directe
alitis occasionem peccandi: puta, si quis fa-
ciat idola, vel aliqua ad cultum idololatri-
ae pertinentia &c.* Itaque edificatio syna-
goga, constructio idoli, aut fani, cum nul-
lum alium usum habeant praeter cultum super-
fitionem pollutum, opera sunt, potissimum cir-
cumstantiis spectatis, natura sua mala. Idcirco
nullo metu, aut vitae ipsius amittende periculo
purgari a crimine valent. Quapropter
inepta est responso Mendozae, & aliorum
asserentium, D. Thomam locuti de eo qui
idola construit nulla cogente necessitate. Quae
enim suapte natura mala sunt, nulla valent
necessitate excusari. P. Thomas Tamburinus
Libi V. in Decal. cap. 1. §. 4. non 38. scri-
bit, urgentissima existente causa (ut esset
famel aut iterum, iuxta dicta mm. 38. magna
paupertas artificis) peccatum vitari: quia
quidvis ali dicant, inquit ille, non sunt
H 3 actio-